UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Feudum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Visual Library

neceſſitas, pietas, vtilitas publica, vitatio dãni corporis, vel animæ, (itaque excuſantur puellæ laborantes ad vitandum otium) diſpenſatio Epiſcopi, vel Parochi, vbi is ſolet diſpenſare.

*Vide *Nau.* & *Sylu. l. c.* {Puellæ} *Syl. l. c. verſ. 4.*

7 Excuſat vxorem viri, & filium patris, & ſeruum, vel famulum domini coactio.

* *Nau. l. 1. nu. 7.* ſed ſi cogerentur in Feſtorum, Eccleſiæque contemptum, moriendum potius eſſet. *Nau. Lopez l. c.*

8 Audita Miſſa, poteſt quis ad locum, vbi non eſt feſtum, ire cauſa laborandi, ex loco vbi feſtum eſt.

**Nau. l. c. num. 5. in fi.*

9 Circa feſti principium, & finem ſeruanda recepta conſuetudo: vbi autem à veſpere incipit, excuſantur barbitonſores in vigilia laborantes, conceſſione Eugenij IV. *ſecundum Nauar.*

Feudum, vide Pignus.

1. Feudo amiſſo non per mortem, amittitur fructus pendentes, ſi verò per mortem, poſt Kalendas quidem Maij vſque ad finem Auguſti fructus pertinent ad hæredes, at anteriores ad Dominum.

2 Non poteſt quis priuari feudo à Principe ſine cauſa.

3 Feu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3 Feudales conſuetudines ligant etiam Eccleſiaſticos, & Eccleſiam.

4 Non ſolet ſuccedere in feudo fœmina, nec aſcendentes, nec monaſterium.

*Vide *Syl. Feudum nu.*10. ſi feudum ad nullũ ſeruitium datum ſit, ſi ſit fœmineum, fœmina ſuccedit. *Syl.*16.*n.*7.

5 Vaſſallus vaſſalli tui non eſt tuus vaſſallus.

*Syl.l.c.num.*16.

Monachus non ſuccedit in feudum. *Iaſon in l.De quibus.ff.de legibus.nu.*38.

Fictio, vide Mendacium.

Fides, vide Diſcere, Docere.

1. NEceſſe eſt eſſe explicitè credere fidei myſteria, quæ publicè in Eccleſia celebrantur, ſentiunt multi cum D. Thom. alij excuſari multos ignorantia ab explicita cognitione Trinitatis, & Incarnationis, præſertim cum deeſt qui doceat, quam opinionem, etſi adhuc ſolebam improbare, nunc non auſim. Quid enim? dicemuſne perire infinitam Chriſtianorum alioqui bonorum multitudinem, qui de myſterio etiam Trinitatis, & Incarnationis, vix quidquam rectè norunt, imò peruersè ſentiunt, ſi interroges? Potius crediderim condemnari iſtorum Paſtores, ob negligentiam docendi.

*Explicitè} *Tol.l.*4.*c.*2.*num.*10. vt myſteria